



gulos hos fontes, binos nimirum Hirschfeldenses, et hunc Hertwigswaldensem, ex subtilissimo spiritu minerali, terraque constare calcarea et martiali. Hinc etiam evidenti consecutione confici, vt has acidulas vnius eiusdemque efficacitatis aestimemus. Qua in sententia et nos sumus adquieturi.

§. VI.

3. Acidulae Falcobergenses.

Inter Yoteros Silesiae fontes, qui ex alcalino-martialium sunt classe, recensuit quoque primo statim loco clarissimus MARTINVS FOERSTER p) acidulas *Falcobergenses*, in Oppoliensi principatu, Nissam versus, sitas: quas, quoniam a prioribus, quos citaui, popularibus meis intactae sunt reliætae, nunc hic, adpendicis loco, breuissime ex adparatu *Strumpfiano* q) describam. Ceterum haud dissimulabo, vbinam locorum scateat hic fons? vtrum in ipso oppido *Falcomontio*? an in circumiecta dioecesi? me omnino ignorare cum ignarissimis. *Strumpfianis* r) enim

fidis experimento post aliquot horas viridescentem adquisuerunt colorem.

p) In prooemio *dissert. citat.*

q) De hoc confer. FRANCISCI KVRTZII *dissert. allegat.* §. I.

r) Hanc schedula ita inscribitur: *Untersuchung desjenigen mineralischen Wassers, welches mir von Falckenberg im Oppelschen nach Breslau geschickt worden ist.*

enim schedulis solis debeo, quae hoc de fonte re-
ferre possum. Interea aquae huius mineralis digni-
tas, chemico examine explorata et confirmata, vi-
detur omnino suo merito ita comparata, ut vicinis
medicis aut curiosis naturae scrutatoribus sit incita-
mento, cur obscuram adhuc harum acidularum,
plerisque suis conterraneis insigniter antecellentium,
scaturiginem omni accuratione indagent. Ipsius au-
tem examinis, a STRVMPFIO instituti, haec fuit
ratio. Transmissa erat lagena vitrea firma et crassa,
exquisite obturata, quatuorque libras huius aquae
complexa: quae, laxato lagenae obturamento, na-
ribusque orificio admoto, olfactui prurientem velut,
ut a sulphureo acido spiritu excitari solet, impressit
sensum. Linguam quoque grato acidulo et subfer-
ruginoso, qui alias in atramento deprehenditur, sa-
pore infecit. Effusa porro in patentius vitrum haec
aqua innumeris bullulis aereis distingui coepit: quae
eadem, hodie limpida, exacta nocte turbida euase-
rat, copioso sedimento subflauescente ad vitri fun-
dum reiecto. Idem phaenomenon protinus accidit,
quotiescumque certa quaedam harum acidularum
portio cum dupla alcoholis vini portione permisce-
batur. Contra ea parum turbata est haec aqua ab
instillato, quod chemici vocant, oleo tartari per de-
liquium. Admixtus violarum syrpus mox viridi-
tinctus est colore. Gallarum vero aut Chinchonae

C 3

decoctum,



decoctum, huic aquae infusum, primo purpureum induxit colorem, post aliquot horas magis magisque nigricantem. Rhei pulueri admixtae hae acidulae mox ex flavo fuscum effecerunt tincturam. Ab hydrargyro sublimato, purissima destillata aqua soluto, et nostris cum acidulis mixto, mox turbari omnia coeperrunt, desidente demum coagulo velut mucoso aurantii coloris. Duea denique huius aquae librae, ut moris artisque est, in vapores, ad siccitatem usque, actae, reliquerunt massam leuiter fuscum, salino-terrestrem: quae deinde accurate elixa dedit alcalini salis mineralis grana vnde triginta; terrae alcalinae grana octo; molecularum martialium grana circiter tria. In ista autem terra alcalina aliud natrosae subesse videbatur materiae, quam nunc vulgo magnesiam salis amari appellare malunt: quandoquidem, si haec terra vitrioli spiritu attentaretur, viuida subsecuta est effervescentia, massa ipsa autem dein, aquae adfusione temperata, amarorem insignem contraxit, cathartico sali alioqui proprium, subsidente denique parua quadam copia seleniticae terrae. Haec STRVMPFIUS. Quotusquisque est medicorum, in fontium soteriorum notitia non hospitum, qui non intelligat, has ipsas, quas nunc descripsimus, acidulas ad misturam indolemque *Bilinensum* aquarum, quae inter Bohemos maxima sunt celebritatis, proxime accedere, adeoque absolute esse dignas, quarum



rum scaturigo denuo inuestigetur. Ita enim fiet, vt
tu quoque inter ceteras Silesiae nobilissimas aquas
emineas, *fons Falcomontane!* et in affluente olim
aegrotantium caterua per te

— *malis redeat suave rubens color:*

Non artus macies occupet aridos.

Iam poti latices pectora roborent:


Et quodcumque mali est, quod miseri timent,


Vicinis fluuiis da procul hinc, precor,

Portandum rapidis in mare fluctibus.



lum Camino denuo in die late. His enim fessas
in duodecim inter certe pectoris levigatis subus
cunatus, pars levigata, et in similitudine






TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue	Inches
Centimetres	19	18	17	16	15	14	13	12	11	1
1	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue	Inches
2										1
3										2
4										3
5										4
6										5
7										6
8										7
9										8
10										9
11										10
12										11
13										12
14										13
15										14
16										15
17										16
18										17
19										18

TIFFEN® Gray Scale



© The Tiffen Company, 2007